

Der nachstehende Text ist in angemessenes Deutsch zu übersetzen und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich zu erläutern.

I. Übersetzung:

Über einen Dichterwettstreit in Zusammenhang mit der Gründung der Bibliothek von Alexandria wird Folgendes berichtet:

Reges Attalici magnis philologiae dulcedinibus induci cum egregiam bybliothecam Pergami ad communem delectationem instituissent, tunc item Ptolmaeus infinito zelo cupiditatisque incitatus studio non minoribus industriis ad eundem modum contenderat Alexandriae comparare. Cum autem summa diligentia perfecisset, non putavit id satis esse, nisi propagationibus inseminando curaret augendam. Itaque Musis et Apollini ludos dedicavit et, quemadmodum 5 athletarum, sic communium scriptorum victoribus praemia et honores constituit. His ita institutis, cum ludi adessent, iudices litterati, qui ea probarent, erant legendi. Rex, cum iam sex civitatis lectos habuissest nec tam cito septum idoneum inveniret, retulit ad eos, qui supra bybliothecam fuerunt, et quae si, si quem novissent ad id expeditum. Tunc ei dixerunt esse quandam Aristophanen, qui summo studio summaque diligentia cotidie omnes libros ex ordine perlegeret. Itaque conventu ludorum, cum secretae sedes iudicibus essent distributae, cum ceteris Aristophanes citatus, 10 quemadmodum fuerat locus ei designatus, sed sit. Primo poetarum ordine ad certationem inducto cum recitarentur scripta, populus cunctus significando monebat iudices, quod probarent. Itaque, cum ab singulis sententiae sunt rogatae, sex una dixerunt, et, quem maxime animadverterunt multitudini placuisse, ei primum praemium, in sequenti secundum tribuerunt. Aristophanes vero, cum ab eo sententia rogaretur, eum primum renuntiari iussit, qui minime populo placuisset. Cum autem rex et universi vehementer indignarentur, surrexit et rogando impetravit, ut paterentur 15 se dicere. Itaque silentio facto docuit unum ex his eum esse poetam, ceteros aliena recitavisse; oportere autem iudicantes non furta sed scripta probare. Admirante populo et rege dubitante, fretus memoria e certis armariis<sup>1</sup> infinita volumina eduxit et ea cum recitatis conferendo coegit ipsos furatos de se confiteri. Itaque rex iussit cum his agi furti condemnatosque cum ignominia dimisit, Aristophanen vero amplissimis munieribus ornavit et supra bybliothecam constituit.

<sup>1</sup> armarium, i. n. *Bücherregal*

II. Fragenteil:

1. Bestimmen Sie die Form *egregiam* (Z. 1) etymologisch!
2. Nennen Sie die neun Musen!
3. Bestimmen Sie die Funktion des Genetivs *furti* (Z. 17)!